



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Amor mutuus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

propter silentium aptissima. Unde illud, plus olei, quam vini quosdam absumpsisse, qua de causa Poeta noctem *Νοκτεν*, à meditationis promptitudine vocitant. Epicharmi dictum est, si quid scitu dignum quaeras, nocte meditando: & ut semel dicam, nihil ad studia nocte commodius incongruum lucubrationis symbolum est lucerna, cum praecipue frequens Aegyptiorum mos fuerit, per instrumenta sapientum eorum usum significare.

*Plat. in Symposiacis. Deca. 7. Addit ad huc apud Lacedaemonios fuisse vovpata oθ σούδορον, nocturnam conventum gravissimum. Et Maro Georg. 3. Urliquo videndo fixmina. En. lib. 4. Ibidem. Amor cum facibus & alis cur.*

DE FACIBUS. CAP. XXI.

Ademus lucernae faces, utpote quae in eundem cum lucerna veniant usum: nam & Cicero aliquid se ad ligneum lychnum non sine delectatione scripsisse proficitur.

AMOR. CAP. XXII.

Aegyptii sacerdotes, qui odium per aquas intelligebant, sub hoc tamen nomine mare ipsum accipientes, per ignem amorem exprimi voluerunt, ideoque faces passim Cupidini dedicarunt, notum enim illud de amore captis, uri eos intimis medullis. Et apud Maronem: *Regina caeco carpitur igni.* Alibi: *Est mollis flamma medullas.* Atque eadem: *Uratur infelix Dido: Ardet amans Dido.* Cyrenus apud Xenophontem, ignem ait urere homines, qui eum tangant: amorem vero non praesentes tantum, verum etiam longe absentes inflammare. Meritoque Porcius Licinius dixit hominem ob amorem non esse ignitum, sed ipsum ignem, cum ait: *Queritis ignem? ite huc: queritis? ignis homo est.* Vulgatum & Isidori dictum auctoris Graeci de amore loquentis, ea de causa cum facibus & alis amorem pingi solitum: quod nonnunquam cupiditate impatientius exurat, nonnunquam vero praesatiate abvolet. Nam & Propertius alas illi in huiusmodi usum, traditas arbitratur, ut ejus ostendat instabilitatem, dicens:

*Idem non frustra ventosus addidit alas,  
Fecit & humano corde volare Deum.  
Scilicet alterna quoniam jactamur in unda,  
Nostraque nos ullis permanet aura locis.*

Sed cum amorem firmissimam in se uno tantum posuisse sedem indicare velit, ita subjungit:

*Sed certe pennas perdidit ille suas.  
Evolat is nostro quoniam de pectore nusquam,  
Assiduusq; meo sanguine bella gerit.*

*In Opera.*

Sed quod ad faces pertinet, Hesiodus cum terram, aquam & aerem genitos posuisset, quarto loco amorem genitum subjecit, per quem interpretes hieroglyphice igneum elementum intelligunt.

AMOR MUTUUS. CAP. XXIII.

Uae faces vinculo confrictae divaricataeque, nimirum indicia sunt amoris mutui, quae Graeci *ἀντιθέα* dixerunt, uti *ἀντίθεον πολύφημον* Homerus. Finguntur vero haec accensa parte sursum versus erecta.

AMATORES MORTUI. CAP. XXIV.

Uae si pingantur inversae, amatorum funera indicant, ut in Elegia, qua Tibulli mortem desilet, Naso legere est.

*Ecce puer Veneris fert everSAMque pharetram,  
Et fractos arcus, & sine luce faces.*

Sed rem Aegyptiacam, qua ratione quis evasisse de amoris ergastulis indicare possit, in Erycina Veneris templo sculptam, idem admonuit II. de Amoris remedio:

*Est prope Collinam templum venerabile portam  
Imposuit templo nomina celsus Eryx.  
Est illic lethaeus amor, qui pectora sanat,  
Inq; suas gelidam lampadas addit aquam.  
Illuc & juvenes votis oblivia poscunt,  
Et si qua est duro capti puella viro.*

Erycina vero Veneris templum non tantum loco hoc ad Erycis filii memoriam respicere videtur, quam